

**M**etamorphoseis autem (vt aliquid de operis quoque inscriptione dicamus) transfor-  
matio transfiguratioque interpretari potest. Quauis enim & alia cognita perque iucunda  
hoc in opere narrentur: illo tamen omnia tendunt; vt quecumque metamorphoseis expli-  
cantur: concinne apteque copulenter. Carmine autem Heroico metamorphosin esse con-  
scriptam ac in quindecim volumina distinctam cum notius sit: que vt vlla indigeat ad-  
monitione: quid quoque libro contineatur: subiicemus: si prius illud testati fuerimus. Oui-  
dium in Heroicis id quod notat Quintilianus idcirco lasciuiorē fuisse: que vt illius car-  
minis grauitati coueniat: que varios amores quibus plerumque metamorphoseon fuerunt fa-  
cte: illum sic describere oportuit: vt quanta sit vis illius affectus aperte ostenderetur.

Titulus  
operis

**A**d illustrissimum Mantue principem Franciscum Gonzagam, Raphaelis regij,  
enarrationum in Ouidij metamorphosin prefatio.



**C**ogitanti mihi iucundissime princeps: cui potissimum meas in Ouidij meta-  
morphosin enarrationes dicarem: tu in primis occurristi: qui hoc quatuor-  
cumque munere dignus esse videreris. Tanta est enim cum aliarum virtutum,  
tum singularis ac prope diuine liberalitatis tue splendor: vt ab omnibus  
celebrari immortalitati que consecrari merearis. Excellenti namque virtuti ex  
philosophorum omnium summa laus: honor & gloria debetur. Tu vero nihil pulchrius ho-  
norificentiusque esse existimas que diuitias & opes: quibus in dies magis magisque abudas  
ad magnificentiam benignitatemque conferre. Hinc enim & merito quidem fit vt non so-  
lum strenuissimi quique milites ad te certatim confugiant: sed cum alij Italie principes  
te colant & admirentur: tum grauissimus sapientissimisque Venetorum senatus te sibi  
quocumque officij genere deuinciat: in diesque habeat chariorem. Ex tanta namque liberalitate  
facile cognoscit eam tibi ingenitam esse animi magnitudinem: vt & alta expectas: et pre-  
clara sis gesturus & viam ad immortalē gloriam affectes. Omnes siquidem imperato-  
riū virtutes in te sic refulgēt: vt Scipioni illi maiori: qui quattuor & vngiti annos na-  
tus imperator aduersus Penos in hispaniam a senatu populoque romano fuit missus: me-  
rito sis equiparandus. Vt enim corporis excellentem formam vereque imperio dignam  
& rerum in principe robur omittamus: quis tuum in assiduis exercitationibus labore  
in periculis fortitudinem in prouidendo consiliū in agendo industriam in conficiendo  
celeritatem non magnopere admiretur? Tu nulla pluuia nullis niubus: nullo estu ab an-  
telucanis venationibus deterreris. Tu summa omnibus in rebus temperentia fide iusti-  
cia esse vna omnium voce predicaris. Tu singulari facilitate sic animos & ciuium & mi-  
litum ad te amandum allicis: vt non princeps: sed par infimis esse videaris. Tu denique  
que artis militaris scientiam ita perculluisti: vt preclaris imperatoribus cum ab alijs om-  
nibus tum a Iohanne Francisco paschalico sapientissimo eloquentissimoque senatore as-  
cribendus esse censearis. Tametsi autem probe scio te maioribus destringi negocijs: que vt  
huic operi legendo vacare possis: tamen si quid oculi tibi vnquam supererit: complura in illo in-  
uenies sic enarrationibus nostris illustrata vt facile percipi possint: que tuum animū ma-  
ximopere delectabunt. Nihil est enim que ad rei militaris peritiam gloriamque pertineat: cui-  
us illustrata exempla in Ouidij metamorphosi non habeantur. nam clarissima queque non  
bella modo: verum etiam prelia: vt strategemata vt ducum colloquia premittra: illo verum  
rum lepore: illa elegantia describuntur: vt plerisque tibi inter legendum interesse videar-  
is. Iam ciuilitate viuendi rationes vnde facilius sumamus: auctorem inuenies neminem.  
Ex his enim que statim in operis initio de mundi origine Gigantum aduersus deos te-  
meritate aliorumque impietate narrantur: aperte colligimus deum mundi ipsius opifice  
fabricatoremque fuisse: ac eo imprimis colendum atque venerandum. Eorum vero qui deo  
aduersantur omnia opera inania esse ac vacua: contraque eos qui pie iusteque viuunt sic vbi  
que tutos esse vt dei ipsius auxilio nunquam destituant. Quid namque Lycaonis in lupum trans-  
mutatio nobis aliud ostendit: que teterrimis latronibus grauissima queque a deo suppli-

Moralis  
fabularum  
terpretatio.

cia esse preparata: Quid deucalionis & Pyrrhe liberatio ab illo diluuiio: quo totus ter-  
 rarum orbis fertur inundatus: nōne summā in pios iusticieq; ac religionis cultores pre-  
 se fert dei benignitatē: Quid Daphnes in laurū semper virentem transfiguratione ali-  
 ud nobis significari putandū est: q; virginibus pudoris sui sollicitam gerentibus curā  
 immortalē gloriam esse preparatam: Quid Phærontis casus nōne filios omnes ad  
 monet: ne vnq; parentum consilia preceptaq; contēnant: Reliqua vero nō minus lepi-  
 de q; vtiliter de virtutum viciorumq; exemplis descripta nōne contentiosis philoso-  
 phorum disputationibus humane vite cōmodiora sunt iudicanda: lam preclara hero-  
 um gesta concinne eleganterq; in hoc pulcherrimo operum enarrata: nōne ijs principi-  
 bus qui de humano genere bene mereantur: immortalē gloriā propositam esse testan-  
 tur: Quid porro vir magnanimus ad magna gerenda nō excitetur: qui legat cū alijs  
 heroes: qui plures sunt quidem: q; vt obiter possint numerari: tum Herculem illum nō  
 modo eminentissimi cuiusq; poete carminibus celebratum: sed in deorum quoq; nume-  
 rum publico omnium consensu fuisse transatum: Quid artem militarem ad cuius glo-  
 riam te natum esse in dies magis magisque re ipsa declaras: nō amplectitur. qui priscorū  
 imperatorum virtutem & triumphos ab Ouidio lepidissime decātos recognoscat:  
 Sed quid de metamorphosi multa: Exemplar mihi (vt semel dicam) totius humane  
 & ciuili vite esse videtur. Adeo plane: adeo copiose quecunq; non eruditum modo:  
 verum dicendi quoq; et agendi peritum efficere possunt: a facundissimo poeta explicā-  
 tur. Nec iniuria greci q; quis se omnibus alijs nationibus disciplinas tradidisse: ac nulli  
 us ipsi auxilio prorsus indigere videri velint: hoc tamen opus propter maximam re-  
 rum cognitu pulcherrimarum copiam & nostra lingua in suā omni studio interpretan-  
 dum vertendumq; curarunt. vt perq; mirandum sit: hactenus in tanta scriptorum tur-  
 ba citra vllam accuratam expositionē apud nostros ita iacuisse: vt a paucis admodū  
 perlegeretur: cum presertim & variam plerisq; in locis exposcat eruditionem. & in pri-  
 mis adolescentibus laudatarum artium studio destinatis sit prelegendū. Non solū enī  
 veteres historie: que propter antiquitatem fabularum loco habentur: ex vetustissimis  
 auctoribus collecte eleganter ab Ouidio describuntur. sed ita & geographic & astrolo-  
 gie & musice et artis oratorie: et moralis naturalisq; philosophiæ ratio exprimitur: vt  
 cui Ouidij metamorphosis bene percepta sit: facillimum ad omnes disciplinas aditum  
 habiturus. neq; difficultatis quicq; in vllō fere poeticonum operum inuenturus eē vi-  
 deatur: Quicqd enī preclari Museus, Orpheus, Linus, Homerus, Tyrteus, Hesiodus, Pa-  
 nysis, Antimachus, Aratus, Pisandros, Nicander, Euphoriō, theocritus, Apollonius q  
 argonautica scripsit, Callimachus, Philetas, Mimernus, Pindarus, Stesichorus: Alceus  
 Simonides, Ibycus, Bacchylides, Anacreon, Alcman, Sappho, Corynna, Archilocus,  
 Ananias, Hipponax, Arion, Thespis, Phrynicus, Eschilus, Sophocles, Euripides, Ion,  
 Acheus, Cratinus, Eupolis, Pherecrates, Aristophanes, Menander, Philemon, Philisti-  
 on, Herodotus, Diodorus, aliq; prisci & poete et historici litterarum monumentis cō-  
 mendarunt: id omne Ouidius in suā metamorphosin trāstulisse videtur. Quare et mo-  
 ribus adolescentum et studijs rectius consuluisent: qui verbosas nuper in opera quedā  
 lasciuiora q; vt pueris sint exponenda perceptuq; facillima commentationes certatim  
 emisissent: si metamorphosin suscepissent enarrandam: cum presertim vel elegie in qui-  
 bus amores describuntur: nedum poemata in quibus turpia dictā affectantur: ex Quin-  
 tiliani sententia minime sint pueris prelegendē: ne tenelle adhuc mentes illo inquinen-  
 tur affectu: qui disciplinarum studij maximus hostis a sapientissimo quoq; philoso-  
 pho esse iudicatur. Ac ne quis temere ab ista omniū fere etatis nostre grāmaticorū per-  
 suasione dissentire miretur: libet Quintiliani ipsius de ijs que pueris sunt prelegēda ad  
 verbum describere preceptum. Cetera inquit admonitione magna egent: in primis vt  
 tenere mentes tractureq; altius quicquid rudibus & omniū ignaris infederit: non mo-  
 do que disera: sed vel magis que honesta sunt: discant. idēq; optime institutū est: vt  
 ab Homero atq; Virgilio lectio inciperet: quāq; ad intelligendas eorū virtutes finis

Metamorphosis  
 Ouidij in gre-  
 ca lingua tras-  
 lata.

Que pue-  
 ris prima  
 sūt legēda

ri iudicio opus esset. Sed huic rei superest tempus. nec em̄ semel legentur. Interim & sub  
limitate heroici carminis animus assurgat. & ex magnitudine rerum spiritum ducat.  
& optimis imbuatur. Vtiles tragedie. alunt & lyrici: si tamen in his non auctores mo-  
do: sed etiam partes operis elegeris. nam et greci licenter multa & Horatium in quibus  
dam nolim interpretari. Elegia vero vtiq; que amat & hendecasyllaba et quibus sunt  
comata sotadeorum (nam de sotadeis ne a dmonendum quidem est) Admoueantur si  
fieri potest. sin minus: ad firmitus etatis robur referuentur. hec Quintilianus: ex quibus  
facile colligitur eos adolescentum & studijs et moribus plurimū obesse: qui ea que nec  
pueris sunt prelegenda: nec vlla indigent enarratione: ita exponūt: vt infantibus cibos  
nutricum more mandere velle videantur: perinde atq; si pueris discitibus et non pue-  
ros docentibus istiusmodi cōmenta scriberentur. Quod si vlla librorū penuria labora-  
rei: studiosis iuuenibus velle cōsulere videri possent. Nūc in tāta fertilitate. qd opus est  
illa in auctorum marginibus velle cōsulere videri possent. Nūc in tāta fertilitate. qd opus est  
illa in auctorum marginibus inculcare: que vnusquisq; vel vltra primas litteras p̄gref-  
sus de vno libro in alium facile transcribere possit: Huc accedit: q; ista ambitione pluri-  
ma congerendi fere officij sui cōmentatores isti (vt ego quoq; hoc verbo vtar) obliui  
suntur: vt pleraq; obscuriora auctorum sensa: id quod in primis aliquid exponere vo-  
lenti est necessarium: nequaq; enodentur: & quod turpissimū est: loca deprauata non so-  
lum non corrigantur: sed vt sunt corrupta: & legantur et exponantur: cum grammatici  
vel primum sit opus emendate legere: & que difficiliora videantur: ita exponere: vt fa-  
cile p̄cipi possint. Nunc isti suis ineptijs omnia confundentes: dum cōmenta sua nihil  
non vulgare omnibusq; litteratoribus tritum ac penitus superuacūū continentia accu-  
ratis prestantum grāmaticorum enarrationibus inserantur ac potius anteferantur: toti  
q; librorum margines manibus nugis impleantur: pulchre sibi expositoris officio fun-  
cti esse videntur: cum & que alias perspicua sunt: verborū multitudine obscurentur: &  
que difficultatis aliquid pre se ferunt: aut peruerse exponantur: aut silentio inuoluantur.  
Quod si quid illorum operum: que nondum a quoq; fuerunt enarrata: isti nominibus  
parco viuientium suscipere exponendū: neq; sua laude fraudandi forent & q̄tum iu-  
dicio doctrinaq; valeant: facile possent ostentare. Nunc vero in tanta librorum copia  
ijs dumtaxat que ab alijs recte eleganterq; illustrata fuerunt: vulgaria quedam adijcien-  
tes quid aliud assequūt q; quod se non imperitos modo: sed vanos quoq; ac futiles  
aperte profitent: et dum imperitis eruditi videri volunt: vt Quintiliani verbis vtar  
imperiti doctis videntur. Ego vero ab istorum ambitione longe alienus pauca admo-  
dū q̄ necessaria videbantur: in metamorphoseos expositionē deduxi: in primisq; illud  
curavi: vt cōplura loca que falsorum correptorum temeritate fuerant deprauata: corri-  
gerentur: & que ineptiarū cuiusdam pessime de tam egregio opere meriti interpositio-  
ne insulsiime fuerant separata: connecterentur: itaq; omnia disponerentur: vt reddita  
sibi esse metamorphosis ipsa videatur: Neq; diutius in varijs scriptorum opinionibus  
recensendis sum immoratus: vbi presertim poetam sic vni addictum esse animaduerti  
vt ne ad alias quidem alludat: Si namq; omnia quecūq; de loue. Baccho. Hercule. The-  
seo alijsq; & dijs et heroibus antiquis scribūtur: p̄sequi libuisset: finis operi inuētus nō  
fuisset. Neq; inficias eo nōnulla ab Ouidio attingi: que mihi ignota esse nihil pudet in-  
ter exponendū fuisse professum: cum prisca fabularū aliquid ignorare inter virtu-  
tes grāmatici a Fabio habeatur: & ex ijs scriptoribus perpauca admodum extent: quos  
Ouidius sectatus esse videtur: vt mihi venia facile danda sit: si quedam inenarrata re-  
liqui. Vt enim nihil aliud studijs p̄fuerim: illud certe effeci: vt multi que a me fuerunt  
pretermissa: omni studio sint inquisituri: & cōmentatiōes suas que decē iam annos vel  
epistolis iactate expectantur: tandem meis enarrationibus perfectis sint edituri. Quod  
em̄ hactenus nemo in Ouidij metamorphosin quicq; expositionis emisit: ignote que-  
dam fabule in causa fuisse videntur: quas quidem vt pulchrum esset nō ignorare: sic p̄-  
pter illas tam egregium opus adolescentibus eloquentie studio destinatis nō prelegere  
indignum esse videbatur. Quamobrem tantū abest: vt me huiusce lucubrationis peni

tear: vi vel maxime leter vna cum Ouidij metamorphosi: in qua Homeri illius man-  
tuani opiniones vbiq; approbantur. Francisci Gonzage mantuani principis magna-  
nimi liberalissimiq; nomen p totam Eurodam: vbi cuq; romana viget lingua: ab opti-  
mis quibusq; ingenijs celebratum iri. Vale rarissimum sculi nostri liberalitatis ex-  
plura. Venetijs Nonis septembris, MCCCCXCIII.

**V**os animosa pbalang dicendi tracta lepore,  
Dulce melos poesis, si quod inire placet:  
Nasomis celeres terfos captate libellos:  
Quos vetus errorum pestis inhoruerat.  
Nec metamorphoseos (na sedula pulsat ad edes)  
Frigore brumali torpeat ampla manus.  
His referate sinus, digna mercede vocate.  
Brata ferent gratis premia subsidij.

**D**e transformator viciorum. Notandum, qd cu gradus entiu distinguntur  
sdm nobilitate et ignobilitate. quia non est accipi duas species eque pfer-  
tas: sed vna est dignior alia. Ideo oportet qd de eis qd no est homo aut sit  
supra homine: aut infra eundem. Mali aut p malicia ambulat: et desi-  
unt esse homines. ergo nec est malos esse supra hoies vel infra eos. Cum  
aut sola probitas vbat homine sup huanam ad natura diuinam. sequit qd ma-  
licia deiciat malos infra natura huanam: s; ad nam bestialitatis. Hor Bo-  
etius inuit prosa 3a qti libri de consulatione pphib: cu dicit. Omne naq; qd sit: vnu  
esse: ipiq; vnu bonu esse manifestu est. Cui consequitur: ut de qd sit: id etiam  
bonu esse videatur. Hor igitur mo: quicqd a bono defuit: esse desit. Quo fit  
ut mali desinat esse qd fuerat. Sed fuisse hoies adhuc ipa huanu corpus re-  
liqua species ostendat. Quae vrsi in malicia huanam qd amiseru natura. Sed  
cu ultra hoies quaq; prouehere sola probitas possit: nec est ut qd ab huanam  
ditoe deiciat: infra hoies metiu detrudat improbitas. Euenit igit ut que transse-  
matu vicij videas: hoies estimat no possit. h. ille. Consequitur qd hoies p  
diuisa vicia transformat in diuisas bestias. Notandum qd in nobis est du vntus  
cognoscit: s; intellectus et sensus. Intellectus e quid diuinu d nobis: p que ad  
supiora nobis ascendimus et deo sitis sumus. Sensus at ignitu no obdit boni e  
quid brutale i nobis: p que infra natura huanam redigim: et bestijs sitis effici-  
mus. Ideo idem boetius in suo tractatu de summo bono dquit. Ve vobis hoib; quid de nro be-  
tiam coputati estis: diuinu qd in vobis est (a intellectu) no cognoscetis: p qd  
ad supiora ascenditis et deo sitis estis. Hor s; qd in diuisas bestias vicijs trans-  
mutatur: pietate sic conuictus ostendit ibidem. Avaricia feruet alienaru  
opu violente exceptor: sitem lupis dyceris. Ferore atq; inquieto lingua litigis ex-  
ercet: cani compatibilis. Insidiator oculis surripuisse fraudib; gaudet: vulp-  
culis exquetur. Ire intemperas fermit: leonis am gestare credat. Paudy  
ac fugax: no metuenda formidat: cervis sitis habeatur. Segnis ac stupidus  
corpore: asinu vinit. Leuis ac inconstas studia punitat: nil ab aibus diffet.  
Fedis diuindisq; libidib; dmergitur: sordide suis voluptate detinetur. Conclu-  
dit. Ita fit ut qui probitate deserta: homo esse desierit: ad diuinam conditioz  
transire no possit: vertatur in beluam. Hor Boetius d sua psona philosophu  
concedens: sequenti prosa sic dicit. Vido viciosos: facti huanu corpis specie  
seruent: in beluas ty animoru qlitate mutari j